

itaque pallio, in suam sibi societatem adseivit, quasi ejusdem secum instituti participem; quo modo ex veteri Hebræorum ritu sponsus, quam habere vult domus thalamicæ consortem, suo tegit pallio, ut docuit Ruth, quæ cum nuptias expeteret Booz, dixit cap. 3, v. 9: *Expande pallium tuum super famulam tuam*. Et Ezech. c. 16, v. 8: *Expandi amictum meum super te*. Et quidem si eo jam tempore Elias discipulos habuit, qui ut vitæ genus, sic etiam instituti insigne, et indumentum habuere commune, dum pallium injicit, ad suum institutum vocat et cœtum. Quod non videtur ignorasse Eliseus, quandoquidem orat sibi ut liceat osculari parentes, ut, illorum postea oblitus, deinde illum expeditior sequatur. Unctio igitur fecit prophetam Eliseum; pallium autem contubernalem et monachum.

VERS. 20. — (1) OSCULER, ORO, PATREM MEUM ET MATREM. Consuetudo fuit inter Hebræos ut osculo exciperent, et osculo item dimitterent cognatos et amicos: cujus rei in Scripturâ sacrâ exempla sunt obvia. Unus Jacob utriusque nobis documento erit; nam Genes. cap. 29, v. 14, cum cognatam sibi Rachelem primùm vidisset, juxta patrium morem osculatus est illam. Et cap. 31, vers. 28, conquestus est Laban quòd furtim se corripisset Jacob; neque passus esset ut filias oscularetur abeuntes. Hoc porrò osculum Elisei futurum esse postremum videbatur, quasi statuisset propheta novus, repudiatis omnibus, adhærere Elie, et Dei se totum obsequio atque tutelæ tradere.

VERS. 21. — REVERSUS AUTEM AB EO (2) TULIT

(1) QUOD MEUM ERAT, FECI TIBI. Dei jussiones explere, tuum est; ego mea omnia complevi. Sequere impetum et ductum agentis intus Numinis. Hebræus: *Quia quid feci tibi?* Considera attentius id quod in te operatus sum. Ne retrorsum redeas: *Hoc age*. Nihil aliud cures, nullâ tangaris sollicitudine, quam ut Deum vocantem sequaris. Aliter: *Quia quid feci tibi?* An coegi te mihi socium addi? Tuum erit quid tibi facto opus sit, quid Deus jubeat, inquirere. Ego quod tibi imperem, nihil habeo. (Calmet.)

(2) REVERSUS AB EO TULIT PAR BOUM. Maluerim ego textum ita reddere: *Dixit ei Elias: Vade et revertere, quia quid feci tibi? Et rediit retro post illum*, id est, rediit absolutis omnibus, quorum causâ ab illo discesserat. Vel planius: Rediit ad Eliam, quem ad aliquid temporis dimiserat; rediit, inquam, ducens par boum, quibus mactatis coctisque instruxit convivium parentibus ac gentibus suis, qui vale ipsi dicturi ex urbe venerant. Abelmeulam Elias non venit, sed in eodem agro, ubi prius convenerat Eliseum, redeuntem illum expectavit. (Calmet.)

Elisée étant retourné vers ses proches, prit ensuite, etc. Ce qui semble obscur en ce lieu se peut expliquer en cette manière, selon tous

PAR BOUM, ET MACTAVIT, etc. Duo hic invenio, quæ maximè Elisei commendant alacritatem in relinquendo seculo, et in amplexando religioso instituto strenuum animum, et studium fidele. Alterum in mactandis bobus, et aratro comburendo, quasi nuntium jam remitteret ruri, rusticisque proventibus, neque aliquid habere vellet, à quo postea de medio revocaretur cursu. Alterum, quòd convivium paravit rusticæ ac populari turbæ, quod fieri solet, aut cum aliquid accedit fortunatum et lætum, ut in triumpho et nuptiis, aut in feriis parentalibus, cum vitâ jam functis justa persolvimus. Hæc duo videri possunt novo prophætæ ac monacho contigisse. Iniiit enim nuptias felicissimas cum Deo, quem ex omnibus sponsum elegit, quia, utpote propheta, jam cum illo familiarem atque intimum convictum habiturus est. Atque ideò exhibere voluit aliis nuptiale et verè geniale convivium. Quod etiam facere debuit alio nomine, quia qui religiosum ingreditur stadium, quod homines expeditos desiderat et nudos à seculari pondere, ille si sui instituti rationem, et quid exigat illa nova vivendi forma, cognoverit, mortuum se putabit et mundo et sibi. Quare, quæ mortuorum sunt, meditatur et curat; et ita se gerit, quasi neque motum habeat ullum, non ullum sensum, non aliquid eorum ad quæ, cum seculo et sibi viveret, magno anhelabat studio. Quòd autem apud Hebræos in mortuorum parentalibus sacris publicum instruat convivium, diximus in nostris Commentariis super Jeremiam ad illud cap. 26, v. 5: *Ne ingrediaris domum convivii, neque vadas ad plangendum*. Et super Ezechielem cap. 24, v. 17: *Nec cibos lugentium comedes*. Hæc probabilia, sed credo illud potius geniale quàm ferale convivium, quod putavit Cajetanus.

les interprètes: Elisée, quittant Elie, s'en retourna vers ses proches. Et après qu'il eut prit congé d'eux, il revint au même lieu où il labourait auparavant, accompagné de plusieurs personnes qui le suivirent, à cause qu'il s'en allait les quitter. Il tua deux bœufs, dont il fit cuire la viande avec le bois même de sa charue, soit pour ne point perdre de temps à aller couper d'autre bois, soit pour témoigner par là qu'il renonçait à la vie qu'il avait menée jusqu'alors; et il en donna à manger à ceux qui étaient présents. Aussitôt après il s'en alla, et suivit Elie, qu'il servait comme son disciple. On laisse à faire la réflexion sur une conduite si sainte, et il suffit d'ajouter ici avec saint Jérôme, que ce que fit extérieurement Elisée en quittant ses bœufs, et en brûlant sa charue, était la figure du changement tout divin par lequel il renonça à sa vie passée pour se vouer tout entier à Dieu. *Eliseus boves et juga prioris operis vertit in vota.* (Sacy.)

Quomodo fecit multò postea Matthæus, qui vocatus à Christo reliquit omnia, et convivium apparavit splendidum, ad quod Christum cum CAPUT XX.

1. Porrò Benadad rex Syriæ congregavit omnem exercitum suum, et triginta duos reges secum, et equos et currus; et, ascendens, pugnabat contra Samariam et obtinebat eam.

2. Mittensque nuntios ad Achab, regem Israel, in civitatem,

3. Ait: Hæc dicit Benadad: Argentum tuum et aurum tuum meum est; et uxores tuæ et filii tui optimi, mei sunt.

4. Responditque rex Israel: Juxta verbum tuum, domine mi rex, tuus sum ego et omnia mea.

5. Revertentesque nuntii, dixerunt: Hæc dicit Benadad, qui misit nos ad te: Argentum tuum, et aurum tuum, et uxores tuas, et filios tuos dabis mihi.

6. Cras igitur hæc eadem horâ mittam servos meos ad te, et scrutabuntur domum tuam et domum servorum tuorum, et omne quod eis placuerit ponent in manibus suis et auferent.

7. Vocavit autem rex Israel omnes seniores terræ, et ait: Animadvertite et videte quoniam insidiatur nobis; misit enim ad me pro uxoribus meis et filiis, et pro argento et auro, et non abnui.

8. Dixeruntque omnes majores natu et universus populus ad eum: Non audias neque acquiescas illi.

9. Respondit itaque nuntiis Benadad: Dicite domino meo regi: Omnia propter quæ misisti ad me servum tuum in initio faciam, hæc autem rem facere non possum.

10. Reversique nuntii retulerunt ei. Qui remisit, et ait: Hæc faciant mihi dii et hæc addant, si suffecerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me!

11. Et respondens rex Israel ait: Dicite ei: Ne glorietur accinctus æquè ut discinctus.

12. Factum est autem, cum audisset Benadad verbum istud, bibebat ipse et reges in umbraculis, et ait servis suis: Circumdate civitatem. Et circumdederunt eam.

13. Et ecce propheta unus accedens ad

discipulis, et eorum aliquos, quos habuerat amicos et socios, invitavit, Matth. cap. 9.

CHAPITRE XX.

1. Or Bénadad, roi de Syrie, ayant rassemblé toute son armée, sa cavalerie et ses chariots, et trente-deux rois avec lui, marcha pour attaquer Samarie, et l'assiégea.

2. Et il envoya dans la ville des ambassadeurs à Achab, roi d'Israël,

3. Pour lui dire: Voici ce que dit Bénadad: Votre argent et votre or est à moi, vos femmes et vos enfants les mieux faits sont à moi.

4. Le roi d'Israël lui répondit: O roi mon seigneur, je suis à vous, comme vous le dites, et tout ce que j'ai est à vous.

5. Les ambassadeurs, revenant, dirent: Voici ce que dit Bénadad, qui nous a envoyés vers vous: Vous me donnerez votre argent, votre or, vos femmes et vos fils.

6. Demain donc, à la même heure, j'enverrai mes serviteurs vers vous; ils visiteront votre maison et la maison de vos serviteurs, et ils prendront tout ce qui leur plaira et l'emporteront.

7. Alors le roi d'Israël fit venir tous les anciens de son peuple, et leur dit: Considérez et voyez qu'il nous tend un piège, car il m'a déjà envoyé pour mes femmes, pour mes fils, pour mon argent et mon or, et je ne lui ai rien refusé.

8. Tous les anciens et tout le peuple lui répondirent: Ne l'écoutez point, et ne vous rendez point à ce qu'il désire.

9. Achab répondit donc aux ambassadeurs de Bénadad: Dites au roi mon seigneur: Je ferai toutes les choses que vous m'avez demandées, à moi votre serviteur, mais pour cette dernière chose, je ne le puis.

10. Les ambassadeurs s'en étant retournés firent leur rapport à Bénadad, qui, les renvoyant encore, fit dire: Que les dieux me traitent dans toute leur sévérité, si toute la poussière de Samarie suffit pour remplir seulement le creux de la main de tous les gens qui me suivent!

11. Le roi d'Israël leur répondit: Dites à votre maître: Celui qui prend les armes ne doit pas se vanter, comme celui qui les quitte.

12. Bénadad reçut cette réponse lorsqu'il buvait dans sa tente avec les autres rois, et il dit à ses gens: Qu'on aille investir la ville. Et ils l'investirent.

Achab, regem Israel, ait ei : Hæc dicit Dominus : Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam : ecce ego tradam eam in manu tuâ hodiè, ut scias quia ego sum Dominus.

14. Et ait Achab : Per quem ? Dixitque ei : Hæc dicit Dominus : Per pedissequos principum provinciarum. Et ait : Quis incipiet præliari ? Et ille dixit : Tu.

15. Recensuit ergo pueros principum provinciarum, et reperit numerum ducentorum triginta duorum; et recensuit post eos populum, omnes filios Israel, septem millia.

16. Et egressi sunt meridie. Benadad autem bibebat temulentus in unbraeulo suo, et reges triginta duo cum eo, qui ad auxilium ejus venerant :

17. Egressi sunt autem pueri principum provinciarum in primâ fronte. Misit itaque Benadad, qui nuntiaverunt ei, dicentes : Viri egressi sunt de Samariâ.

18. Et ille ait : Sive pro pace veniunt, apprehendite eos vivos; sive ut prælientur, vivos eos capite.

19. Egressi sunt ergo pueri principum provinciarum, ac reliquus exercitus sequebatur.

20. Et percussit unusquisque virum qui contra se veniebat; fugeruntque Syri, et persecutus est eos Israel. Fugit quoque Benadad rex Syriæ in equo cum equitibus suis.

21. Necnon egressus rex Israel percussit equos et currus, et percussit Syriam plagâ magnâ.

22. Accedens autem propheta ad regem Israel, dixit ei : Vade, et confortare, et scito et vide quid facias, sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te.

23. Servi verò regis Syriæ dixerunt ei : Dii montium sunt dii eorum, ideò superaverunt nos; sed melius est ut pugnemus contra eos in campestribus, et obtinebimus eos.

24. Tu ergo verbum hoc fac : amove reges singulos ab exercitu tuo, et pone principes pro eis;

25. Et instaure numerum militum qui

13. Et voilà qu'un prophète vint vers Achab, roi d'Israël, et lui dit : Voici ce que dit le Seigneur : Vous avez vu toute cette immense multitude; je vous déclare que je vous la livrerai aujourd'hui entre les mains, afin que vous sachiez que c'est moi qui suis le Seigneur.

14. Achab lui demanda : Par qui ? Il lui répondit : Voici ce que dit le Seigneur : Ce sera par les valets de pied des princes des provinces. Achab ajouta : Qui commencera le combat ? — Vous, dit le prophète.

15. Achab fit donc la revue des valets de pied des princes des provinces, et il en trouva deux cent trente-deux. Il fit ensuite la revue du peuple de tous les enfants d'Israël, et il en trouva sept mille.

16. Ils sortirent de la ville sur le midi. Cependant Bénadad était dans sa tente, qui buvait et qui était ivre, lui et les trente-deux rois qui étaient venus à son secours.

17. Les valets de pied des princes des provinces marchaient à la tête de l'armée. Bénadad ayant envoyé à leur reconnaissance, on vint lui dire : Ce sont des gens qui sont sortis de Samarie.

18. Et il dit : Soit qu'ils viennent pour traiter de la paix, soit qu'ils viennent pour combattre, prenez-les tout vifs.

19. Les valets de pied des princes des provinces s'avancèrent donc, et tout le reste de l'armée après eux;

20. Et chacun d'eux tua ceux qui se présentèrent devant lui. Les Syriens s'enfuirent, et l'armée d'Israël les poursuivit. Bénadad, roi de Syrie, s'enfuit aussi à cheval, avec les cavaliers qui l'accompagnaient.

21. Et le roi d'Israël, étant sorti de Samarie, tua les chevaux, renversa les chariots, et frappa la Syrie d'une grande plaie.

22. Alors un prophète vint trouver le roi d'Israël, et lui dit : Allez, fortifiez-vous, et considérez bien ce que vous avez à faire, car le roi de Syrie viendra encore l'année prochaine pour vous combattre.

23. Alors les serviteurs du roi de Syrie lui dirent : Leurs dieux sont les dieux des montagnes, et c'est pour cela qu'ils nous ont vaincus, il faut que nous combattons contre eux en rase campagne, et nous les vaincrons.

24. Voici donc ce que vous avez à faire : faites retirer tous les rois de votre armée, et mettez en leur place les officiers;

cecidere de tuis, et equos secundum equos pristinos, et currus secundum currus quos ante habuisti; et pugnabimus contra eos in campestribus, et videbis quod obtinebimus eos. Credidit consilio eorum, et fecit ita.

26. Igitur, postquam annus transierat, recensuit Benadad Syros, et ascendit in Aphec, ut pugnaret contra Israel.

27. Porrò filii Israel recensiti sunt, et acceptis cibariis profecti ex adverso, castraque metati sunt contra eos, quasi duo parvi greges caprarum; Syri autem repleverunt terram.

28. (Et accedens unus vir Dei, dixit ad regem Israel : Hæc dicit Dominus : Quia dixerunt Syri : Deus montium est Dominus, et non est deus vallium, dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tuâ, et scietis quia ego sum Dominus.)

29. Dirigebantque septem diebus ex adverso hi atque illi acies; septimâ autem die commissum est bellum, percusseruntque filii Israel de Syris centum millia perditum in die unâ.

30. Fugerunt autem qui remanserant in Aphec, in civitatem; et cecidit murus super viginti septem millia hominum qui remanserant. Porrò Benadad fugiens ingressus est civitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum.

31. Dixeruntque ei servi sui : Ecce audivimus quod reges domus Israel clementes sint : ponamus itaque saccos in lumbis nostris, et funiculos in capitibus nostris, et egrediamur ad regem Israel; forsitan salvabit animas nostras.

32. Accinxerunt saccis lumbos suos, et posuerunt funiculos in capitibus suis, veneruntque ad regem Israel, et dixerunt ei : Servus tuus Benadad dicit : Vivat, oro te, anima mea. Et ille ait : Si adhuc vivit, frater meus est.

33. Quod acceperunt viri pro omine; et festinantes rapuerunt verbum ex ore ejus, atque dixerunt : Frater tuus Benadad. Et dixit eis : Ite, et adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Benadad, et levavit eum in currum suum.

25. Rétablissez vos troupes, en y remettant autant de soldats qu'il en a été tué, autant de chevaux qu'il y en avait dans votre armée, et autant de chariots que vous en avez eu auparavant; et nous combattons contre eux en rase campagne, et vous verrez que nous les battons. Il crut le conseil qu'ils lui donnèrent, et il fit ce qu'ils lui avaient dit.

26. Un an après, Bénadad fit la revue des Syriens, et il vint à Aphec, pour combattre contre Israël.

27. Les enfants d'Israël firent aussi la revue de leurs troupes; et, ayant pris des vivres, ils marchèrent contre les Syriens, et campèrent vis-à-vis d'eux. Ils ne paraissaient que comme deux petits troupeaux de chèvres, au lieu que les Syriens couvraient toute la terre.

28. Alors un homme de Dieu vint vers le roi d'Israël, et lui dit : Voici ce que dit le Seigneur : Parce que les Syriens ont dit : Le Seigneur est le dieu des montagnes, mais il n'est pas le dieu des vallées, je vous livrerai toute cette grande multitude, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

29. Les deux armées furent rangées en bataille l'une devant l'autre pendant sept jours. Le septième jour la bataille se donna, et les enfants d'Israël tuèrent en un jour cent mille hommes de pied des Syriens.

30. Ceux qui échappèrent s'enfuirent dans la ville d'Aphec; et une muraille tomba sur vingt-sept mille hommes qui étaient restés. Bénadad, s'enfuyant, entra dans la ville, et se retira dans le cabinet d'une chambre.

31. Alors ses serviteurs lui dirent : Nous avons entendu dire que les rois de la maison d'Israël sont clementes : mettons donc des sacs sur nos reins et des cordes à notre cou, et allons trouver le roi d'Israël; peut-être qu'il nous donnera la vie.

32. Ainsi ils se mirent des sacs sur les reins et la corde au cou, et vinrent trouver le roi d'Israël, et lui dirent : Bénadad, votre serviteur, vous envoie faire cette supplication : Accordez-moi la vie. Il leur répondit : S'il est encore en vie, c'est mon frère.

33. Les Syriens tirèrent de là un bon présage, et prenant aussitôt ce mot de sa bouche, ils lui dirent : Votre frère Bénadad vous fait cette prière. Il leur répondit : Allez, et amenez-le moi. Bénadad vint donc se présenter à Achab, qui le fit monter sur son chariot.

34. Et Bénadad lui dit : Je vous rendrai les villes que mon père a prises sur votre père; et

34. Qui dixit ei : Civitates quas tulit pater meus à patre tuo reddam, et plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samariâ, et ego fœderatus recedam à te. Pepigit ergo fœdus, et dimisit eum.

35. Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone Domini : Percute me. At ille noluit percutere.

36. Cui ait : Quia noluisti audire vocem Domini, ecce recedes à me, et percutiet te leo. Cùmque paululum recessisset ab eo, invenit eum leo atque percussit.

37. Sed et alterum inveniens virum, dixit ad eum : Percute me. Qui percussit eum et vulneravit.

38. Abiit ergo propheta, et occurrit regi in viâ ; et mutavit aspersione pulveris os et oculos suos.

39. Cùmque rex transisset, clamavit ad regem, et ait : Servus tuus egressus est ad præliandum cominus, cùmque fugisset vir unus, adduxit eum quidam ad me, et ait : Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro animâ ejus, aut talentum argenti appendes.

40. Dùm autem ego turbatus hùc illucque me verterem, subito non comparuit. Et ait rex Israel ad eum : Hoc est iudicium tuum quod ipse decrevisti.

41. At ille statim abstersit pulverem de facie suâ, et cognovit eum rex Israel quòd esset de prophetis.

42. Qui ait ad eum : Hæc dicit Dominus : Quia dimisisti virum dignum morte de manu tuâ, erit anima tua pro animâ ejus, et populus tuus pro populo ejus.

43. Reversus est igitur rex Israel in domum suam, audire contemnens, et furibundus venit in Samariam.

VERS. 1. — PORRÒ BENADAD REX SYRIÆ CONGREGAVIT OMNEM EXERCITUM SUUM. Rex iste Syriæ Benadad exercitum conflavit quàm maximum potuit contra regem Achab, adduxitque secum plurimos reges, quos habebat sibi vectigales et subditos, aut quos ad id negotii mercede conduxerat; qui his copiis Samariam Israelitici imperii caput obsedit. Neque Achab contra, cùm multò esset viribus inferior, ausus est

faites-vous des places publiques dans Damas, comme mon père en avait fait dans Samarie; et quand nous aurons fait cette alliance entre nous, je me retirerai. Achab fit donc cette alliance avec lui, et le laissa aller.

35. Alors un des enfants des prophètes dit de la part du Seigneur à un de ses compagnons: Frappez-moi. Et comme il ne voulut pas le frapper,

36. Il lui dit: Parce que vous n'avez pas voulu écouter la voix du Seigneur pour me frapper, aussitôt que vous m'aurez quitté, un lion vous tuera. Lorsqu'il fut éloigné de lui, un lion l'attaqua et le tua.

37. Ayant rencontré un autre homme, il lui dit: Frappez-moi. Cet homme le frappa et le blessa.

38. Le prophète, au sortir de là, s'en alla donc au-devant du roi, qui était en chemin; et il se rendit méconnaissable en se mettant de la poussière sur le visage et sur les yeux.

39. Et lorsque le roi fut passé, il cria après lui, et lui dit: Votre serviteur s'était avancé pour combattre les ennemis de près, et l'un d'eux s'étant enfui, quelqu'un me l'a amené, et m'a dit: Gardez-moi bien cet homme-là; et, s'il échappe, votre vie répondra de la sienne ou vous paierez un talent.

40. Et comme, étant troublé, je me tournais de côté et d'autre, cet homme a disparu tout d'un coup. Le roi d'Israël lui dit: Vous avez vous-même prononcé votre arrêt.

41. Aussitôt il essuya la poussière de son visage, et le roi d'Israël reconnut qu'il était du nombre des prophètes.

42. Il dit au roi: Voici ce que dit le Seigneur: Parce que vous avez laissé échapper de vos mains un homme digne de mort, votre vie répondra pour la sienne, et votre peuple pour son peuple.

43. Le roi d'Israël retourna donc en sa maison, ne faisant pas de cas de ce que ce prophète lui avait dit. Et il entra plein de fureur dans Samarie, étant irrité de cette menace du Seigneur.

COMMENTARIUM.

copias extra muros educere, et aperto in campo cum hoste concurrere. Cùm regis Israel ingentem metum non dubiis signis cognosceret Benadad, suisque viribus nihil non tribueret homo gloriosus et insolens, legationem misit ambitiosæ cujusdam acerbitatis plenam, asserens sua esse omnia, quæ in suâ rex Israel haberet potestate, aurum, argentum et ea quæ ab hominibus numerantur in bonis; insuper

uxores et filios. Annuit rex, ut eâ ratione importunum hostem ab obsidione summovertet. Cùm autem sequenti die acerbiorum legationem mitteret, affirmaretque deberi sibi omnium etiam servorum regis bona, et die crastino mittendos esse servos, qui optima quæque scrutarentur et auferrent, visum est hoc Achab insolens et durum; quapropter ex suorum consilio legatos durius acceptos ad dominum suum remittit, affirmans facturum se, quæ ante promiserat; quilibet autem subiturum potius quàm ut à secundâ legatione postulata concederet. Hæc aperta sunt, neque aliâ indigent explicatione, quæ eodem fermè modo explicat Josephus. Porro hic Benadad à Septuaginta dicitur filius Ader, à Josepho filius Adadi. (1)

VERS. 10. — HÆC FACIANT MIHI DII, ET HÆC ADDANT, SI SUFFEGERIT PULVIS SAMARITÆ PUGILLIS OMNIS POPULI QUI SEQUITUR ME. Accepit regis populique responsum Benadad cum stomacho, et minatus est, quod à barbaro tantum et arroganti spiritu expectari poterat; eas nempe, et habere tunc, et habiturum copias in obsidione civitatis, ut vix pro singulis militibus

(1) VERS. 3. — HÆC DIXIT BENADAD (ad Achab, ejusque populum Israel): ARGENTUM TUUM, ET AURUM TUUM MEUM EST, non jure, sed potestate et imperio, quia ego illud habere volo, et depono, qui te sum potentior, ut mihi resistere nequeas. Erant enim res Achab et Israelis afflictæ, ita ut in aciem educere non posset nisi septem millia, v. 15. Hic ergo incipit Deus punire Achab et Israelitas ob cultum Baal.

(Corn. à Lap.)

VERS. 4. — TUUS SUM EGO, ET OMNIA MEA. Ultra se tributarium et subditum Benadadi Achab fatetur, ac spontè se subdit tributo, quod hostis imperârit. In ejus se fidem et clientelam dat. Eodem consilio Paulus Æmilii persuadere conabatur regi Perseo, ut se suaque in fidem et clientelam populi Romani permitteret. Sed Achabi mens longè alia erat, ac consilium regis Syriæ. Volebat Benadad pro arbitrio de rebus, hominibus et subditis regis Israelis, tanquàm suis decernere, ut in secundâ legatione ad Achabum missâ exponit apertius. Achabus se tantummodò spe conditionum æquiorum submittebat, ratus se vel cogendum fore tantum ad tributum, vel ad redimendam pretio urbis direptionem et pacem. (Calmet.)

VERS. 5. — REVERTENTESQUE NUNTII, missi à Benadad obsidente Samariam ad Achab in eâ obsessum, dixerunt:

VERS. 6. — CRAS IGITUR HAC EADEM HORA MITTAM SERVOS MEOS AD TE, ET SCRUTABUNTUR DOMUM TUAM, etc. Est hæc nova Benadad petitio, quæ petit ab Achab, ut permittat à suis diripi non tantum regiam, sed et totam Samariæ civitatem, ait Josephus, ut scilicet spoliat urbem, et pretiosissima quæque ex eâ ad libitum auferat. (Corn. à Lap.)

tantum pulveris futurum sit in totâ Samariâ, quantum posset capere pugillus. Dubitare hic aliquis posset, cur ad explicandam suam potentiam, et infinitam propè militum multitudinem à pulveris pugillo comparisonem sumpserit Benadad? Quasi dicat, non tot futuras pulveris in totâ Samariâ pugilli mensuras, quot ipse in exercitu habet militum capita. Quidam putant Samariam egregiè fuisse munitam, et mœnibus et aggere intra mœnia, ex quo milites tutò contra externas copias dimicare poterant. Quo aggere ac munitione freti Samaritæ, cùm satis se putarent contra hostiles incursiones et machinas habere præsidii, secundæ legationi responderunt audaciùs. Cùm igitur non ignoraret Benadad ex illo aggere animos addi desperanti populo, ut ab hæc spe, atque audaciâ deducat, ait sibi esse perquam facile alium aggerem extrarium moliri interiori parem, ut non minùs ipse commodè extra quàm Samaritæ intra muros dimicare possit. Illud porro fieri posse, si quilibet eorum, quos habet in castris, pugillum saltem aggerat pulveris. Ita putat Josephus lib. 8 Antiq. cap. 8, Historia Scholastica, Lyra, Dionysius. Quæ sententia minùs placet, quia aggerem illum interiorem sine fundamento, imò fortassè sine ullo exemplo fingit. Deinde quia verba Benadad nihil sonant de aggere; imò potius videntur significare in Samariâ non satis futurum esse pulveris ad excitandum aggerem, saltem, ut implere possit singulorum militum pugillum.

Ego hic allusum puto ad duos apud Hebræos familiares, et quasi proverbiales dicendi modos, quibus aut hominum multitudinem, aut civitatum extremam vastitatem significare solent. Notum est terræ pulverem in multitudinis ingentis comparisonem adduci, quia pulveris terræ, sicut arenæ maris, infinitus est numerus. Sic lib. 2 Paralip. cap. 1, v. 9, ubi sic ad Deum Salomon: Tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est quàm pulvis terræ. In hoc sensu diximus explicari posse illud Isai. cap. 16, v. 4, de Assyriorum exercitu: Consumptus est pulvis, id est, periit exercitus, qui sicut terræ pulvis erat innumerabilis. Quare hoc dicendi modo significare voluisse videtur Benadad non tantum esse in Samariâ pulveris, quantum ipse in castris militum haberet. Sed est sine dubio alius pulveris magis accommodatus et hyperbolicus usus, quo summa explicatur civitatum strages: cùm enim significare volumus dele-